



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

VII. De caelibatu clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

VII.

Placuit quoque presbyteros, diaconos, & reliquos clericos, qui ecclesiasticos tenuerint honores, abstinere omnimodis ab vxoribus, vel reliquis mulieribus. Quod si non fecerint, honore simul & officio priuentur, & a propriis episcopis excommunicentur.

VIII.

Inter hæc quoque placuit noxios diuerforum scelerum diuersis sententiis refrenari. Et quia audiuius quosdam laicorum nefario ausu res ecclesiasticas suis vsibus applicuisse, & iniusto dominio in suum opus retinuisse, idcirco omnimodis prohibemus, vt nemo laicorum abbatiam monachorum, vel clericorum archidiaconatum, neque præposituram, vel honorem presbyterii, vel sacristæ, seu magistri scholæ, neque vllos honores ad ius prædictum pertinentes, ausit suis vsibus retinere; & si fecerit, excommunicationi subiaceat.

IX.

Præcipimus quoque vt nullus laicorum aliquid suscipere audeat de rebus aut substantiis defunctorum, nisi quantum ipsi defuncti adhibitis idoneis testibus in vita sua ordinauerint; aut si intestati obierint, ad libitum propinquorum heredum diuidantur.

X.

Statuimus etiam, vt ecclesiæ ad sedem pertinentes, quæ soluunt tertium, aut paratam, vel Synodum, solito more persoluant episcopis vel clericis. De iis vero ecclesiis, quæ non dant tertium,